Página de Cotrolo

600

HB 18 14 (104)

601

B
18
14(104)

EXCELLENTISSIMO
HEROI,
PRÆCLARISSIMO
DOMINO
D. LUDOVICO
FRANCISCO DE ASSIS
SANCHES DE BAENNA,

Regiæ Majeſtatis Prætextato candidiſſimo,
Magnificentiſſimo cõmendatario
Sanctæ Mariæ de Bouſella,
Chriſti Ordinis Equiti ſtrenuiſſimo,
Mecænati colendiſſimo,
Ad ſublimiores dignitatum apices
Plauſibiliter evehendo,

In amoris ſignum,
In ſervitutis fidele monumentum
D. V. O. & C.

B 19 14(104)

EXCELLENTISSIMO
HEROI,
PRÆCLARISSIMO
DOMINO
D. LUDOVICO
FRANCISCO DE ASSIS
SANCHES DE BAENNA,

Regiæ Majeſtatis Prætextato candidiſſimo,
Magnificentiſſimo cōmendatario
Sanctæ Mariæ de Bouſella,
Chriſti Ordinis Equiti ſtrenuiſſimo,
Mecænati colendiſſimo,
Ad ſublimiores dignitatum apices
Plauſibiliter evehendo,
In amoris ſignum,
In ſervitutis fidele monumentum
D. V. O. & C.

602

PRO PRIMO
LITERARUM PERICULO SUBEUNDO,

CÆSAREAS CONCLUSIONES DEDUCTAS

EX

SUBTILISSIME, ELEGANTISSIMEQUE NOtatis ad perdifficilem Rubricam Cod. de Heredibus inſtituendis, & quæ perſonæ heredes inſtitui non poſſunt;

Clypeante

NOBILISSIMO, NEC NON SAPIENTISSIMO

DOMINO

D. FERDINANDO PIRES MOURAM,

Noſtri Juris Cæſarei Profeſſore ſubtiliſſimo, Ordinariæ Inſtitutionis Cathedræ moderatore digniſſimo, & in Regali Collegio Divi Pauli Collega ornatiſſimo, ad maiora dignitatum culmina pro meritis, & votis omnium evehendo,

Sub tanti Patroni vexillo ad certamen ſeſe offert

EMMANUEL EDUARDUS BEYRAM

Suo 6. Juris Civilis anno, die 23 hujus menſis, hora

QUÆSTIO PRINCEPS INQUIRIT:

Utrum Inſtitutio heredis recte per conjecturas inducatur?

1 INSTITUTIO heredis neceſſario requiritur ad validitatem teſtamenti.

2 De jure noſtro Regio etiam in teſtamento requiritur inſtitutio.

3 In codicillis minime poteſt fieri heredis inſtitutio.

4 Teſtamentum ad pias cauſas vigere non poteſt abſque inſtitutionis requiſito.

5 Nec teſtamentum inter liberos conditum ſine inſtitutione validum eſt.

6 Militis teſtamentum nullo privilegio gaudet ad hoc, ut in illo inſtitutio heredis omittatur.

7 Heres, vel eſt ſuus, & neceſſarius, vel neceſſarius, vel extraneus, quam diviſionem adæquatam judicamus.

8 Verbum *Inſtitutio* propriè, & ſtrictè ſumptum, à verbo *Subſtituo* diſcriminatur.

9 De jure antiquo teſtamentum ab inſtitutione heredis initium aſſumere debebat.

10 Quidquid antiquitus relinquebatur ante heredis inſtitutionem nullum erat, valebat tamen inſtitutio.

11 Exheredatio valide ante heredis inſtitutionem poterat ſcribi.

12 An autem ſubſtitutio ante inſtitutionem valide ſcribi poſſit? Quærenti patebit.

13 De jure novo legata, & libertates, & cætera relicta in teſtamento etiam ante inſtitutionem heredis validitate non deſtituuntur.

14 Antiquitus inſtitutio heredis ſolum verbis directis, imperativis, & legitimis, non vero communibus, & obliquis, valida cenſebatur.

15 Verbum *Lego*, attenta lege 12. duodecim tabularum, ad inſtitutionem aptum erat; poſtea tamen, media Juriſprudentia, ſolum ad legata directum judicabatur.

16 De jure novo quibuslibet verbis fieri poteſt heredis inſtitutio.

17 Balbutiens in ultimo articulo mortis conſtitutus heredem inſtituere poteſt, dummodo verba intelligibilia proferat.

18 Inſtitutio heredis per hæc verba fieri debet, videlicet, *Titius heres eſto*.

19 Si tamen deficiat aliquod verbum. v.g. *Lucius eſto*, vel *Lucius heres*, hoc non obſtabit, quominus valere poſſit teſtamentum.

20 Aliquando etiam valere poteſt teſtamentum, poſito in illo unico tantum verbo, v.g. *Lucius*.

21 Valet teſtamentum, & inſtitutio heredis, licet verba contumelioſa adjiciantur à teſtatore verbis inſtitutionis.

22 Poſt Conſtitutiones Conſtant. Imperat. quocumque idiomate fieri valet heredis inſtitutio.

23 Inſtitutio heredis nutibus, vel ſignis fieri non valet.

24 Quod

24 Quod etiam in quocumque teſtamento privilegiato locum habet.

25 Si teſtator interrogatus, quem velit ſibi heredem exiſtere? Reſpondeat, *Titium*, vel *Sempronium*, valere prædictam inſtitutionem, non dubitamus.

26 Adhuc valida eſt inſtitutio, quando teſtator interrogatus per hæc verba: *Inſtituis me heredem?* Reſpondet. *Sic.*

27 Inſtitutio heredis ex conjecturis non poteſt induci.

CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Soc. JESU,
Anno Domini 1720.
Cum facultate Superiorum.

E. D. D. Moraes Sab.º Cor. 5 v.

Página de Cotrolo

C[illegible]nclusiones Iuris Civilis